

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1247 - 1248

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

titulo, modo vel forma ab eis vel ipsorum successoribus transferri valeat in eosdem, prout in litteris dictorum episcopi et capituli confectis exinde perspeximus contineri, nos vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eisdem episcopo et capitulo provide factum est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti
 5 patrocínio communimus decernentes irritum et inane, si secus super hiis ab ipsis vel eorum successoribus fuerit attemptatum. tenorem autem^a litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus^b, qui talis est: [*folgt nr. 312*]. nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus
 10 se noverit incursurum. datum Lugduni nonas augusti, pontificatus nostri anno quinto¹.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3^a or. mb. c. bulla pend. Auf der Rückseite wohl von gleicher Hand Johannes de Asisio, darunter Rescript[um], wie es
 15 scheint, von andrer Hand.*

S 1 coll. ibid. or. mb. c. bulla pend. mit denselben Dorsualvermerken.

318. *Die Straßburger Domcanoniker Konrad von Wasserstelz und Reinhard von Tengen verbürgen sich der Stadt Straßburg gegenüber für die Erben Meister Eberhards des Schleuderers, den Verkauf seines Hauses daselbst betreffend. 1248
 20 Januar 1.*

Cünradus de Wazzerstelze scolasticus Argentinensis et Reinhardus de Tengen notum facimus omnibus et presentibus protestamur, quod nos fidejussores sumus heredum magistri Eberhardi balistarii apud civitatem Argentinensem super vendicione domus eorum, quam idem Eberhardus in civitate construxit sub tali forma, quod
 25 nullus eorundem heredum pro venditione dicte domus aliquam in posterum moveat questionem. si autem aliquis predictorum heredum forte civitatem Argentinensem gravare vel inpetere presumpserit pro eadem venditione, nos tenebimur civitati proinde satisfactionem exhibere. in cujus rei memoriam et firmitatem presentes litteras nostras civitati contulimus testimoniales, anno domini 1248, festo circum-
 30 cisionis domini, presentibus magistris civium Gozperto ministro fratrum et Rudolfo filio Lenzelini et consulibus civitatis.

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 23^b nr. 15 or. mb. c. 2 sig. pend. Zwei gut erhaltne Siegel, auf der Legende des einen S. R. archisubdiaconi Argentinensis.

a) S t om. b) S t facientes.

¹ *Unter dem gleichen Datum trägt Innocenz IV den Pröbsten der Straßburger Kirchen von St. Arbogast, St. Peter und St. Thomas auf, für die Aufrechthaltung der obigen Verfügung Sorge zu tragen. Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3^a or. mb. c. bulla pend.*